





Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Getty Research Institute

<https://archive.org/details/ioannismeursipan00meur>

IOANNIS MEVRSI
PANATHENÆA.
SIVE
DE
MINERVA
Geminō illo apud Athē-
nienses festo,
Liber Singularis.

CAPUT I.

*Panathenea, festum Minerue apud Athenien-
ses maximum.*

MINERVA festum apud Athē-
nienses multò celeberrimum fuisse
Panathenæa, res est omnibus sa-
tis nota. Sed quo modo celebrari
illud solitum, non æquè omnibus
constat. Mihi visum, quæ de eo obseruaui, illu-
strandæ Antiquitati, hic proponere. Mentio
eius apud Hesychium. παναθηναία. ἡ τὰ Αἰγαίων
ιορτὶ, καὶ ἀγών. Et apud Eustathium, ad Iliad. 6.
Ἐ οὗτὴ γὰρ καὶ πάντων Βοιωτῶν· ὥστε καὶ ἡ τῶν Ιάνων,
Πανιώνια. ὅμοιον καὶ τὸ, Παναθηναία. Et alibi. Οἱ μοίς

δὲ τύπῳ πᾶς Πανιώνιος καὶ οὐ Παναθήναια ἐστή. Mineruæ autem, quod iam dixi, sacrum fuisse, multi nos Auctores docent. Pollux lib. i. cap. i. sect. x x x ii. ubi festa quædam recenset. Μεγαλῶν, Μεγαστῖαι. Εὔρυξ, Εὔρυα. Διὸς, Διάσια, καὶ Πανδία. Αἴγυνας, Παναθήναια. Scholiaestes Euripidis Hecubâ. Παναθήναια, ἐστὴ τῆς Ἀθηναῖς. Theodoretus Therapeut. v i i. Τέτοις καὶ ἐσθίεις, καὶ πανηγύρεις, καὶ δημοδονίας, θητεῖλαιν ὁ τῶν αἰθράπων ἀλάσωρ ἐνομοθέτης, Πανίδιος μὴν, καὶ Διάσια, τῷ Διὶ. καὶ Ηὐρίσια, τῇ Ηὐρίσῃ καὶ τῇ Αἴγυνᾳ, Παναθήναια. Libanius Declam. x i v. Μηδὲ ὅρχαδω τοίνυν ὁ Βαμός, μέχρις αἱ θεραπεύηται Παναθηναῖοις μὴν Ἀθηνᾶ, μυστεῖοις ἢ Δημήτρῃ. Erat verò longè maximum. Scholiaestes Aristophanis Νεφέλαις. Παναθήναια ἐστὴν παρ' Ἀθηναῖοις εἶναι μεγίστου ἄδετα.

CAP. II.

Prius Αἴγυναι, inde Παναθήναια dicta.

AC primitū quidem Αἴγυναι dicebantur. Harpocration, ubi de ijs agit. Πρὸ τέτης δὲ Αἴθηναι ἐκαλεῖτο, ὡς δεδήλωκεν Γερωθὸς ἐν τοῖτη τῶν Αἴθηνῶν. Suidas. τὰ δὲ Παναθήναια, τεθέρον Αἴγυναια ἐκαλεῖτο. Pausanias in Arcadicis. Οὐχὶ ἔτι δὲ οὐ παρ' Αἴγυνοις Παναθήναια πηλῶνται τεθέρος διποφαινομένη. τούτῳ γὰρ τῷ ἀγῶνι Αἴθηναι ἔνομα λέγεται. Inuenioque eo nomine apud Scholiaesten Aristophanis Auibus. τῇ Αἴθηνᾷ, πολιάδι δέ ση ; πέτλαι

πλας ἐγίνετο παρηπόκιαλ^Θ, ὃν αὐτέφερον ἐν τῇ παμπῆ τῶν Αὐθεντῶν. Inde Παναθηναῖα dicta, postquam Theseus omnes Atticæ inhabitatores è vicis in vnas Athenas reduxisset. Pausanias, loco iam citato. Παναθηναῖα δὲ κληθῆναι Φασὶν ὅπερι Θησέως, ὃν τὸν Αἴγαναιων ἐπέζη, συνειλεγμόνων εἰς μίαν αἰπύλων πόλιν. Vel quod Atticæ populi ea celebrarent. Plutarchus Theseo. Παναθηναῖα θυσίας ἐπώνυμον οὐδεὶς. Scholiastes Euripidis Hecubâ. Παναθηναῖα, ἐορτὴ τῆς Αὐθεντᾶς, πάντων Αὐθεντῶν συνιόντων ἐκεῖσε.

C A P. III.

*Antiqua valdè; quippe ab Erichthonio primum,
Orpheove, instituta: atque à Theseo
renouata.*

E Rant verò antiquissima; adeoqué cum Eleusinijs certabant. Aristides in Panathenaicâ. Εὐδοξότας πάντων οἱ καθε τὰς Ελάσσα ἀγῶνες. Εὶ μὲν τάχτων πρεσβύτερος ὁ τῶν Παναθηναιῶν. εἰ δὲ βέλει, ὁ τῶν Ελευσινῶν. Origo eorum ante Thesei tempora fuit; &c, cùm priūs Αὐθενταὶ dicerentur, ab eo Παναθηναῖα sunt appellata, vt vidimus in citatis iam Pausaniæ verbis. De Theseo auctore, est Plutarchi quoque locus, in eius vitâ. Τὸ δέντρο, τὸ πόλιν, Αὐθενταὶ πρεσβύτερος· καὶ Παναθηναῖα θυσίας ἐπώνυμον οὐδεὶς. Sunt qui ad Erichthonium ea referant. Harpocration. Ηγάγε δὲ τὸν ἐορτὴν (Ἑπαναθηναῖα)

4 IOANNIS MEVRSI

Τήνατα) Ερχόνιον ὁ Ηφαίστης, καθάς Φασίν Ελαίνης τον καὶ Αὐδρόνιαν, εἰπάπεραιντην περιώτη Αἰθίδην. Alij Orpheum auctorem faciunt. Theodoretus Therapeut. I. Καὶ τῶν Διονυσίων, καὶ τῶν Παναθηναίων, καὶ μέτρην καὶ τῶν Θεσμοφορίων, καὶ τῶν Ελευσίνων, οὗς πλεῖς οὐρανούς, αὐτὴν οὐρανόν, εἰς τοὺς Αἴθινας ἐκρίπτεν. Sed distinguendum est, sciendumque; duplē festi institutionem esse: ac primæ auctorem Erichthonium, siue Orpheum; à quo nempe Αἴθινα dicta: alterius Theseum, qui Παναθηναία illa appellauerit. Video distinctionem apud Suidam. Παναθηναία, ἐόρτη ἡ περὶ θησέως γυναικίη συνοικισμῷ. περιστοντὸν τὸν Ερχόνιον, τῷ Ηφαίστῃ καὶ Αἴθινος, ὑπερον δὲ τὸν θησέως, συναγαγόντον τὰς δημότες εἰς ἄσυ. Quæ totidem verbis Apostolius, Cent. xv. Proverb. lxxx. Prioris institutionis, quæ ab Erichthonio facta, meminit etiam Apollodorus lib. III. Εὐδέ τῷ τεμένει τεραφεῖς Ερχόνιον τὸν αὐτῆς Αἴθινας, ἐνβαλλὼν Αἴμφικτόν οντα, ἰεσοίλουσεν Αἴθινῶν. καὶ τὸ ἐν αὐτοπόλει ξόανον τῆς Αἴθινας ιδρύσαπι, καὶ τῶν Παναθηναίων τὴν ἔορτιν συνεσήσαπο. Eadem mox refert Αἴγευμ, Thesei patrem, celebraffe. Αὐτὸς δέ (οἱ Αἴγαδες) ἵκεν εἰς Αἴθινας, καὶ τὸν τῶν Παναθηναίων αὐγῶνα ἐπεπίλει. Vocat ille utrobiique, pro sui cui appellazione, Παναθηναία, quæ tunc temporis Αἴθινα indigetata. Idem facit Diodorus Siculus Biblioth. lib. IV. τῶν δὲ Μήνων οὓς Αὐδρόγεως μὴ εἰς τοὺς Αἴθινας κατίγνησε, Παναθηναίων συντελεγμάτων, Αἰγέως Βασιλεύοντο.

CAP.

C A P. IV.

*Nonnullis eadem cum Quinquatribus Romano-
rum existimata, itaqe nomina apud Au-
ctores commutata.*

SVNT qui eadem cum Quinquatribus Romanorum existimauerint, aut Quinquatria eadem cum Panathenais. Itaque est apud Charsium lib. I. *Quinquatus. Παναθήναια.* Et Auctores, qui res Romanas Græcè scribunt, Quinquatus vocant *Παναθήναια.* Dionysius Halicarnasseus Antiquit. Rom. lib. II. ε'ορτὴ δὲ αὐτῶν ἐστι περὶ οἱ Παναθήναια, τῷ καλεσθέντι Μαρτίῳ μηνί. Et Xiphilinus in Domitiano. καὶ οἱ Παναθήναια μεγάλως ἐόργανοι. Et Athenaeus, rem quæ Romæ gesta narrans, lib. IIII. τὴς δὲ τῶν Παναθηναίων ἐορτῆς θητεύγερμης, δι' λιών καὶ τὰ δικαστήρια καὶ σωμάτεα, ἐφη, γενέθλιος ἐστι τῆς Αἰλέκτρης Αἰθιωμα. Ut autem Græci Quinquatus Romanorum Παναθήναια interpretantur, ita τὰ Παναθήναια Atheniensium vicissim *Quinquatus* vertit Plinius, lib. XXXV. cap. XI. *Simus (pinxit) iuuenem requiescentem in officina fallonis, Quinquatus celebrantem.*

CAP. V.

Per quot dies celebrari ea solita.

INITIO VNO TANTUM DIE CELEBRATA. APPARET EX Thucydidis loco, lib. vi. περέμφυν δὲ Παναθήναια τὰ μεγάλα, ἐν ᾧ μόνον ἡμέρᾳ ἐχ ὑποστον ἔγενετο, ἐν ἑωλοις τῶν πολιτῶν τὰς τιὰς πομπὰς πέμψοντες αὐθόρος γενέθησαν. Postea in plures prolatum. Scholia stes Euripidis Hecubâ. Τὰ Παναθηναῖα, ἐορτὴ τῆς Αὐθηνᾶς, πάντων Αὐθηναίων σωμιόνιων ἐκεῖσος, καὶ τῶν ἄλλων Εὐλήνων, πολλὰς ἡμέρας πανηγυριζόντων. Idque factum ornatus, & magnificentiae, causâ. Aristidis id verba indicant in Panathenaicâ. Εὐθυμητὸν καὶ αὐτὸν τὰς συμβόλου τῶν λόγων, ὃν γὰρ τιὰ τῶν Παναθηναίων αὐτῶν ἐορτινὸν ἡμῖν μιαστὴν ἡμέρας εἰνάγηη μετρεῖν. ἀλλ', εἴ γε καὶ ποτέ δῆ, ἀεροθῆναι καὶ τὸ αὐλῆθρον τῶν ἡμερῶν, κόσμος χάριν, καὶ σεμνόθρον, ανεῖτη. Et ecce prima eorum nox commemoratur apud Epictetum Αὐτομνημονίασι, in Eclogis Stobæi, quas penes me αἰειδότες habeo. Εὐτῇ ἀεροπέρην νυκτὶ τῶν Παναθηναίων ἐδόκεεν ὁ Ἱππαρχὸς αὐτὸν δὲ οἱ Ἐπισάντες μέρουν, καὶ Σειδέα, αἰνίθεαδη τὸ ἔπειρα. Sed corrupta illic verba ita restituo. έ. ὁ Ἱππαρχὸς αὐδρα οἱ Ἐπισάντες μ.

CAP.

C A P . VI.

Ac duplia quidem erant; illa, Minora: ista, Maiora. Scholiaſtæ Aristophanis ingens error indicatus.

Quo item utraq. tempore acta. Circa minora aperiri mare cæptum.

SCiendum verò duplia fuisse; illa Minora, ista Maiora appellata. Atque illa quotannis, ista quinto demum anno agitata. Suidas. Διάθεται Παναθηναῖα ἡγέτο Αὐθηνῆσι· τὰ μὲν, καθ' ἐπασον ἔνιαυτόν. τὰ δὲ, Διάθετηρίδος. ἢ νοῇ μεγάλα ἐκάλεγεν. Quæ totidem verbis ante illum Harpocration dixerat, quem transcripsit, uti solet. Anonymus in Argumento Midianæ Minora tertio quoque anno, non quotannis, celebrari consueuisse nobis refert. Διάφοροι τὸν δὲ Αὐθηναῖον ἡγέτο ἔστρατον, εν αἷς λῷ τὰ Παναθηναῖα. ὑπέρ λῷ διωλᾶ, μικροὶ τε, καὶ μεγάλα. νοῇ τὰ μὲν μεγάλα, κατὰ πενθερίδα ἐτελεῖτο. τὰ δὲ μικρά, κατὰ τριτηρίδα. Magnus error est Scholiaſtæ Aristophanis, qui Minora vlla fuisse negat. Ad istum enim Pace versum,

Καὶ σὺ τὰ μεγάλα τῆμαῖς Παναθηναῖαν ἀξορδύ.

Ita notat. Οὐχ ᾧς νοῇ μικρῶι ὄντων πεδιτο Φησίν, ἀλλ' ἀνέων τὸν χάρεν. Minora celebrata postridie Bendideorum; id est, xx mensis Thargelionis: maiora verò, Hecatombæonis x x i i i. Proclus in Timæum Platonis, Comment. i. Εἰ δέ, ᾧς ἐξῆς ἥηθύσεται, καὶ Παναθηναῖων ὄντων ὑπόκειται, δῆλον ὅτι τὰ μικρά

μικρὴ ἵνα Τάῦπα τὰ Παναθήναια. τὰ γὰρ μεγάλα, ποδὲ Εὐπαπυζαιῶν^Θ ἡγετη τρίτη ἀπόδιν^Θ. Dixi minora postridie Bendideorum aēta; vnde est, quod posteā ait, & hæc, & ista, circa idem tempus fuisse. Εν τοῖς μικροῖς, (Παναθηναῖοις) Τάῦπα γὰρ πᾶν τὸν χρόνον ἐπελεῖτο τοῖς Βενδίδεοις. Et alibi iterum, satis clarè. Οὖν γε μὲν τὰ Παναθηναῖα (Τὰ μικρὰ) τοῖς Βενδίδεοις εἴπειο, λέγοσιν οἱ ὑπομνηματιζαντεῖς. Καὶ Αἰσοπέλης ὁ Ρόδι^Θ ισορεῖ, τὰ μὲν ἐν Πειραιῇ Βενδίδεια τῇ εἰκάδι τοῦ Θαργηλιῶν^Θ Πτηλελεῖα, ἐπειδὴ τὰς πᾶντας Αἴθηναν ἔσχεται. Vbi observa, vigesimum diem Bendideis assignari ab Aristotele illo Rhodio; cūm alij dicant, decimo nono celebrari consueuisse. Vérum leue id discrimen, & vnius tantum diei. Et Minoribus aperiri quidam mare, ac nauigari iterum cœptum, nobis tradunt; quod alij Dionysijs vernis adscribebant. Est in hanc rem iste Aristotelis locus, περὶ ζώων γενέστως, lib. I. Εν τῶν Παναθηναῖων ὁ πλάτς. Nam de Minoribus capi debet; cūm Maiora Hecatombæzone, siue Iunio, agerentur. Ac de istis κατ' ἔξοχοὺς loqui censendus Maximus Tyrius, cūm à vere ea separat, quo minora peragebantur, Dissert. xxxiiii. Καὶ διέλαχον αὐτοῖς ὥραι τὰς ἡδονάς. Ζε^Θ, Διονύσια. μετουσίου, μυστήρια. καὶ ἄλλους ὥραι ἔχει ἄλλο^Θ θεός. Παναθηναῖα, Σκιρροφόρεια, Αἴλωα, Αἴπατέρεια.

C A P. VII.

*Et certamen in minoribus celebratum; idq; triplex. Eius cura Athlothesis demandata. Illi
quot, & unde lecti; ac quamdiu munere
istò fungi soliti.*

IN minoribus certamen erat . Hesychius.
Παναθηναῖα, ἡ τῶν Αἴγυπτων ἐστὶ, καὶ αὐγῶν. Απο-
λόδορος lib. I I I. Ήτενεῖς Αἴγυπτος, καὶ τὸν τὸν Παναθη-
ναῖαν αὐγῶν ἐπεπίλει. Aristides in Panathenaicā.
Ἐγδοξόται πάλιν οἱ κατὰ τὴν Ελλάδα αὐγῶνες. καὶ μὲν
τέταν πεσεύσατο, ὁ τῶν Παναθηναίων. Pausanias
Arcadicis. Τέτωντο τῷ αὐγῶντι Αἴγυπτα ὄνομα λι,
Παναθηναῖα δὲ κληθῆναι Φασὶν ὅπῃ Θησέως. Et qui-
dem triplex : equestre unum, alterum gymni-
cum, tertium musicum : eorumque omnium cu-
ra Athlothesis demandata, qui decem lecti, ex
vnaquaque tribu singuli, annos quatuor magi-
stratu fungebantur . Pollux lib. V I I I. cap. I X.
sept. V I. Αὐθοδέτη δέκα μέρι εἰσιν, εἷς κατὰ φυλῶν. δε-
κιμαθέντες δέ, ἀρχεστο πέσαρετη, ὅπῃ τῷ σιαθένται τὸ
Παναθηναῖα, τὸν τὸ μετοχὴν, καὶ τὸν χωματικὸν, καὶ τὸν ιπω-
δρομίαν. Ac musici quidem certaminis, gymni-
cique, meminit Aristides in Panathenaicā. Σύ-
νισμένοι δὲ δήποτε καὶ τὸν αὐγῶντα τὸν χωματικὸν, καὶ ἐπ μᾶλλον
τὸν τῆς μετοχῆς, σοκειπάσους ὀρειζόμενον, αλλ' ἐφ' ἐκάστη
πλαστῶνται, ὡς εἰπεῖν, τῇ ἡμέρᾳ.

B

C A P.

CAPUT. VIII.

Primo equestre agitatum, id est lampadarium erat.
Ab initio pedestre; quando equestre esse caperit.
Quoniam tempore, item ubi, celebratum.

PRIMO die equestre actum. Obseruo apud Platonem De Rep. lib. i. Dicit enim pridie se descendisse in Piraeum, ad spectanda Bendidea. Ecce verba. καὶ οὐκέτι χρήσεις τὸν περιφερά μετὰ τολμαντίου τοῦ Αγριαντοῦ, ἀποστέλλεται τῷ θεῷ, νέῳ ἄριστῳ τῷ εορταῖς Βελούδῳ τοῦ θεάσιαδι. Ac non multò post subiungit. Λαμπάδεσμον τετέρην αὐθινων τῷ θεῷ. Iam supra dixi, Panathenaea licee minora postridie Bendideorum inchoata; itaque clarum est, primum certamen equestre fuisse. Meminit eius Plutarchus Phocione. τῷ ιδιῳ βελούδῳ αὐγωνίζεσθαι, σπονσίτῳ αὐφῆνεν, ὃχι τῆς νίκης ὀρεγόρθῳ τοῦ, ἀλλ' ὅπως Πτυμεληθεῖς καὶ αὐτοῖς τῷ σῶμα, βελπίων ἐστιν. Et Xenophon in Symposium. Ήν γὰρ Παναθηναίων τῶν μεγάλων ἵπασδρομία. Item Athenaeus lib. i.v. Νικήσιν τοῦ γεννήσεως αὐτοῖς παναθηναῖοι, &c. Eratque idem lampadarium. Plato, loco iam citato. Λαμπάδεσμον τετέρην αὐθινων τῷ θεῷ. Lampade autem Panathenaeis certatum fuisse, quemadmodum Prometheis, & Vulcanalibus, docet Aristophanis. Scholastes Ranis. Οὐ τῆς λαμπάδος αὐγὴν τείτον Αἴγανησιν ἔγειτο. κατὰ τὴν Προμηθέα, ή φαίστα, παναθηναῖα. Et Harpo.

Harpocratior. Τρεῖς ἀγνοτοῦ Αἴθιναῖσι θέρας, λαρ-

πάδ^ῷ, Παναθηναῖος, Ηφαίστειος, καὶ Προμηθεῖος. Et
obseruare est apud Aristophanem Ranis, vbi ita
Bacchus loquitur.

Μὰ Δί & δῆθ' ὡς ἀπεφανάνθιν,
Παναθηναῖοι γελῶν, ὅτε δὴ
Βερεδὺς αὐθιωπὸς οὐς ἔθι, κύψας,
Λειτέσ, πώσ, ταρλειτόρδη^ῷ,
Καὶ δεινὰ πιῶν, καὶ θ' οἱ Κεραμῖτες
Εν Ταῖσ πύλαις πάιστον τοῦ
Γαστέρι, ταλαράζει, λαγόνας, πυγλέι.
Οἱ δὲ πυθόμεν^ῷ ταῖσ πλατείαις
Τυπερδόμη^ῷ,
Φυσῶν τὴν λαμπάδην φέρει.

Primitus pedestre erat; moxque equestre esse
coepit, aetate Platonis. Ipse indicat; loco semel
iterumque citato, De Rep. lib. i. Αὐτοὶ γε, οὐδὲν
γέργει ὅπι λαμπάς εἶχε περὶ εἶχεν αὐτὸν ἵππον τῇ θεῷ;
αὐτὸν ἵππον; λιβός δὲ εἶγά. καγόν γε ποδον. λαμπάδια εἶχοντες
διαδώσοντι αὐλήσις, αἰμιλλάμδους τοῖς ἵπποις; ηπῶν λέ-
γει; γέτες, εφη^ό Πολέμαρχ^ῷ. καὶ περὶ γε, πανυγίδα
ποιήσοντι. Vbi illud item obserua; vesperi fa-
ctum, & noctem quoque insequentem pervigili-
co transfigi itidem incœpisse. Locus vero certa-
minis huius Ceramicus. Suidas. Κεραμίκης, τό-
πο^ῷ τῆς Αἴθινῆς οὐρηλὸς, ὅπερ ἐπεπλέγη Αἴθιναῖοι κατ'-
ετ^ῷ λαμπάδ^ῷ εἰγῶν. Etymologici Author. Κε-
ραμίκης, τόπο^ῷ Αἴθινησιν, ὅπερ ἐπεπλέγη οἱ Αἴθιναῖοι καὶ
ἐκπαιτὸν λαμπάδεζον ἀγῶνα. Plura de eo in Ope-

re nostro *De Festis Gracorum*, propediem cum bono Deo publicando.

CAP. IX.

*Posthac gymnicum, etiam Εὐαρδρίας ἀγῶν di-
ctum. Quando institutum, & ubi agitatum.
Stadium illi suum fuit, Παναθηναϊκὸν nuncupa-
tum; à Lycurgo primum structum, & ab
Herode renouatum.*

POst equestre puto gymnicum celebratum; & coniecturam inde facio, quod hoc musico multo antiquius. Mentio eius est in Senatus-consulto Atheniensium, quod exstat inter Hippocratis opera. Αὐτοὶ μεχάλεις, εὐ τῷ ἀγῶνι τῷ χυμνικῷ. Meminit quoque Zenobius Cent. iv. Proverb. vi. τῷ τῶν Ἀθηναῖς νέων αὐτῷ θέρην Διὰ Φθένον, εὐ τοῖς Παναθηναϊκοῖς νικήσις πέντεθλον. Et Athenaeus lib. v. Αὐτόλυκος Παναθηναϊκα παγκερδίου ἐσεφανώθη. Atque hoc ipsum esse censeo, quod alijs Εὐαρδρίας ἀγῶν appellatum. Ecce apud Harpocrationem. Παναθηναϊκος Εὐαρδρίας ἀγῶν ἥχεπον. Et apud Andocidem Orat. in Alcibiadem. καὶ πι παγκάνω νενικηῆσ. Εὐαρδρία, λαμπάδι, τραγῳδίς. Institutum verò illud Olymp. L'III. anno III. Eusebius in Chronico ad istud tempus disertè notat. Οὐ τῶν Παναθηναϊκῶν χυμνικὸς ἀγῶν ἥχθη. Anonymus in Descript. Olymp.

Olymp. quadriennio seriūs memorat, in Olympiadis nempe LIV anno IIII. quo Hippocrides prætor erat. ΙΠΠΟΚΛΕΙΔΗΣ. Παναθηναϊα ἐπί-
η. Nam de gymnici certaminis in Panathenæis institutione verba illa capienda, alias falsa.
Celebrari autem solitum iuxta paludem, quæ inter Piræum, & Tetracomum Herculis, sita in
Echelidarum populo. Stephanus. Ε'χελίδαι. δῆ-
μῳ τῆς Αἰγαίης, δυτὶ Ε'χέλῃ ἡρωῷ. στρ. δὲ δύτῃ
ἔλεις τόπος, μετάξυ ὄντος τοῦ Πειραιῶς, καὶ τοῦ Τερε-
κώμης Ηρεμολεῖος. εὐ φέτος γυμνικὴς αγῶνας ἐπίθεση
τοῖς Παναθηναϊοῖς. Ita enim locum illum emen-
dandum monui nuper, libro *De Pop. Atticae*. Et
proprium illis stadium erat, Παναθηναϊκὸν appellatum, ad Ilissum flumen, prope Ardettum. He-
sychius. Αὐρδητίῳ, πόπῳ πεδίῳ τὸν ίλιον, εγγὺς τοῦ
Παναθηναϊκὸς στάδιος. Et Harpocration. Αὐρδητίος,
τόπῳ Αἴγαίησιν, τοῦτο τὸ στάδιον τὸ Παναθηναϊκόν.
Philo περὶ τοῦ πάντες στάδιον εἶναν ἐλέγει. Συγ-
κεγένετο δὲ τῷ Παναθηναϊκῷ (στάδιῳ) τὸς συμμάχος,
ὅρνιθων αγῶνα ἐπέδειξε. Philostratus in Herode,
Sophist. lib. II. τὸ δὲ στάδιον ἔφασεν ἀνομάλην Πανα-
θηναϊκόν. Exstructum id à Lycurgo Rhetore. Plu-
tarclius in eius vitâ. Καὶ τῷ στάδιῳ τῷ Παναθηναϊκῷ
τὸν πρητῖδα περιέθηκεν, ἐξεργασόμενος τετράποδον, καὶ τὸν
χαρέδραν ὄμιλον ποιήσας. Sed mox, temporis tra-
ctu collapsum, restaurauit ex albo lapide Herodes sophista, ad eam adeò magnificentiam, quæ
cætera theatra longè antecelleret. Philostratus
de eo, loco iam citato. Σπεφανωθεὶς δὲ καὶ τὸν τῶν

Παναθηναίων, καὶ υμεῖς, εἰπεν, ὡς αὐτὸς Αὐθηναῖος, Εἴ τῶν
Εὐλόγιων τὰς ἱέρειας; καὶ τὸ ἀθλητῶν τὰς αὐγανισμάτικες,
τὸ συστάξομαι εἰδίνω λόγον λίθος. καὶ εἰπὼν Ταῦτα, τὸ σύστα-
σιον, τὸ οὐτερό τὸν Γλασόν, εἰσώ πεπάρων ἐπειδὴ ησεν,
ἔργον ξυλεῖς οὐτερό πάντα τὰ θαυμάσια. γδὲν γάρ θεατρού
αὐτῷ αἰνιλλάτη. Hoc ipsum est, de quo Pausanias
Atticis agit. Διαβάστι δὲ τὸν Εἰλιασὸν, χωρίον Αὐγεα-
ναλέγματον, καὶ ναὸς Αὐγοπέρεας ἐστὶν Αὐρέμαθος. οὐδὲν δῆλον
Αὐρέμιον πεπάντον Θηρεῦσι λέγεται, ἐλθόσιν σὺν Δήλῳ. καὶ
τὸ αὐτελματικὸν τέτοιο ἔχει τόπον. Τὸ δέ, αὐγόσιοι μὴ δέ
ἔργοις επαγγελμάτη, θεῖμα δέ, ιδεσθαι, εἰδίσιον ἐστι λόγος λίθος.
μέγεθος δὲ αὐτὸς τῆς αἱ θεοί μάλιστα περιμέροιτο. αὐτήν
οὖν οὐτερό τὸ Εἰλιασὸν αρχέματον σὺν μελοειδῆς καθίηται
τὸ πολεμός πεῖστι τὸν ὄχθην δύτην τηνὶ διπλάσιν. τέτοιο αὐτῷ
Αὐθηναῖος. Ηρωάδης φωδόμησε, καὶ οἱ τὸ πολὺ τὸ λιθότομίοις
τὸ Πεντέληον ἐστὸν εἰκόδομον αἰνιλλάτη.

C A P. X.

*Inde musicum, à quo institutum, & quo agi soli-
tum. Concentus in cōtibicinum, Συναυλία indi-
getatus; & insignis eā de re Hesychij locus restitu-
tus. Citharā quis primus vīctor, & quando, fuerit.
Laudes quoq; aliquorum decantatæ, & chorus cir-
cularis datus; ac quatuor fabulis à poētis concer-
tatum, quæ coniunctio Teregalogia appellata.*

NVNC ad musicum veniāmus, cuius mentio
apud Plutarchum, lib. De Musicâ. Τέτοιο δῆ-
ληλοι ή τὸ Παναθηναῖων γεφῆ, η τοῦ μυστικὸς αὐγῶ-
νος.

ν. Atistides in Panathenaicâ, loco iam citato. Σωτίσμῳ μὲν ἦδη περὶ καὶ τὸν αὐγῶνα τὸν γυμνικὸν, καὶ εἰς μᾶλλον τὸν μεστικόν, τοῦ εἰσπάτερον δέρματον. Institutum autem à Pericle, & in Odéo agi solitum. Plutarchus in eius Vitâ. Φιλολημάρματος ἦδη οὐ περιπλῆκτον εἴψη φίσαι τοις μεγάλησι αὐγῶνας. Καὶ διετέλεσεν ἀντὸς, αὐθλοφέτης αἱρεθεὶς, καθόλη χρὴ τὰς αὐλιζομένας αὐλαῖς, ηὔδειν, ηὔκινειν. Εἴτε ἄντος ἐκ τοποῦ, καὶ τὸν ἄλλον χρόνον, εἰς οὐδείᾳ τὰς μεγάλες αὐγῶνας. Ac tibicinum concentus erat, Σωτίσμῳ appellatus. Pollux lib. iv. cap. x. Αὐγήνησις ἐκ τοῦ Σωτίσμῳ σκαλεῖται, συμφωνία θεοῦ αὐληῶν, εἰς Παναθηναϊκούς σωτίσμους λέγεται. Neque aliò respexit Eustathius ad Iliad. φ. Απὸ τοῦ ἀντοῖς καὶ Σωτίσμῳ σκαλεῖται, οὐ τὸ συμφωνίας αὐγῶν αἷμοι ξαφνίας ἀντοῖς καὶ σύνθητος, χωρὶς λόγου τοῦ περιστελλόμενος. Meminit Sophocles Acrisio, apud Hesychium; cuius locus insigniter luxatus, & corruptus. Βίδων, εἶδος κρύματος. Σοφοκλῆς Αὐγεστώ. Βηρυττεέ, μύρω Σολομῶντος. καὶ τόπος οὗτος δέσμων τὸν Παλαιστίνης, ὡς Φρυγίαλειν βίδηνται. * καὶ ξωτίσμων, ἄλλοι βίθων. Ecce, νοξεινοῖς hīc loco non suo collocata; & transpositus versus Sophoclis. Ita repono, & emendo. Βίδων, εἶδος κρύματος. Σοφοκλῆς Αὐγεστώ.

Ως οἱ Φρυγίαλειν βίδην τε, καὶ ξωτίσμων.

Αἴλοι, βίθων. Βηρυττεέ, μήτηρ Σολομῶντος. Εἰ τόπος π. 7. ὁ. 7. π. Et citharā quidem primus hīc vicit Phrynis Mitylenaeus, Olymp. lxxv. anno i. Anonymus in Descript. Olymp. ad istud tempus. Φρεσίς κιβυ-

ρωδὸς Μίτυληναῖ@, πεῶτ@ μίξεις κιθαρωδῆσι τῷρι^τ
 Αἰγαίοις, Παναθήναια ἐνίκησε. Suidas. Φεωώις, κιθα-
 ρωδὸς Μίτυληναῖος. ἐσ ἐδόκει πεῶτ@ κιθαρίσιμη τῷρι^τ Α'-
 θηναίοις, καὶ τικῆσι Παναθήναια. In hoc certamine
 decantatae laudes Aristogitonis, Harmodij, &
 Thrasybuli; quorum ultimus, Phylâ progressus,
 Athenas à triginta tyrannis liberavit. Philostratus De Vitâ Apollonij, lib. v i i . cap. ii.
 Διῆς δὲ αὐτοῖς Εἴ τὰ Παναθήναια τὰ Αἰγαῖα, εἰφ' οἵς
 Λύριδόντις τε Εἴ Αἰγαγέταινον ἀδοντη. καὶ τὸ δπὸ Φυ-
 λῆς ἔργον, ὃ καὶ ὅμοις τειάσκοντες πυράννυες ἔλε. Cho-
 rus quoque circularis exhibebatur. Lysias in
 Αἰτολογίᾳ θωραδοκίας. Καὶ ἔπει διοκλέες (ἄρχον-
 τ@) Παναθηναῖοις τοῖς μηροῖς κυκλικῷ χορῷ (αντί-
 λωσι) δραχμαὶς τειάσκοις. Itaque hic erant et-
 iam χορηγοί, qui sumptus suppeditarent. Me-
 minit eorum Xenophon De Republ. Athen.
 Πρὸς δὲ τέτοις, χορηγοῖς θλεδικάσου εἰς Διονύσια, καὶ
 Θαρρήλια, καὶ Παναθήναια. Poëtæ etiam concer-
 tabant quatuor dramatibus simul, quorum
 quartum satyricum esset; eaq; fabularum con-
 iunctio Τετραλογία vocitata. Diogenes Laërtius
 in Platone, lib. i i i . τετράσιον δράμασιν ἡγανίζοντο
 Διονυσίοις, Αἰγαίοις, Παναθηναῖοις, Χύτροις. ὃν τὸ τέ-
 ταρτον λῦ Σαπουριόν. τὰ δὲ τέτταρα δράματα ἐκαλεῖτο
 Τετραλογία. Quā de re, si tanti est, vide, quæ
 notaui nuper in fine Sophoclis.

C A P. XI.

His certaminibus qui vicissent, sodalibus suis epulum dabant; ipsi vero, coronam accipiebant, eamque oleaginam: & oleum etiam, ex ijs oleis, quæ Moejœs appellatae, & iuxta Academiam erant. Alij collatum fruisse dicunt. Erat autem urceus totus; & exportare Atticâ licebat, quod alias vettitum.

Qui certaminum horum aliquo victore sset
is, cum quibus certasset, sodalibus epulum
dabat. Observare est apud Athenaeum lib. iv.
H̄ν δὲ ὁ Φῶκος καὶ Φιλοπότης. νικήσαις γὰν ἀντοῖσι-
ποις Παναθηναίοις, ὡς ὁ πατὴρ εἶσι τὸς ἐπύρες, σωελ-
θόντων εἰς τὸ δέπιον, λαμπτέα μὲν ἡ φυγοκόλη, Εἴ τοις
εἰσῆσθαι περιφέρεσσι ποδονιπῆρες οὐν δὲ διώρωμάτων. Et
lib. v. καλλίας μὲν γὰρ σωμάτιο τὸ συμπόσιον, ἐπιδήπερ
πά παιδιὰ αὐτῷ Αὐτόλυκος Παναθηναῖα παγκράτιον
ἐσεφανάρη. Ipse verò præmij loco coronam ac-
cipiebat. Indicant illa Philostrasti in Herode,
Sophist. lib. ii. Σπιφανωθεὶς δὲ καὶ τὰ τὸ Παναθη-
ναιῶν, καὶ ύμαῖς, εἰπεν, ὡς αὐτὸς Αἴγανοις, καὶ τὸ Ελλήνων
τὸς ἔξοχος, καὶ τὸ ἀθλητῶν τὸς ἀγωνισθύγος, ὑποδέξο-
μεν εἰδίω λόγον λίθῳ. Item Athenæi, iam citata.
Αὐτόλυκος Παναθηναῖα παγκράτιον ἐσεφανάρη. Et
quidem oleaginam. Suidas in Παναθηναῖα. Καὶ ὁ
νικῶν σεφανᾶπη ἐλαῖα τολεκτῆ. Atque hoc est, quod
Plinius ait, lib. x v. cap. i v. Athene quoque vi-
ctores olea coronant. Deinde oleum quoque illi
C dona.

donabatur, ex ipsis oleis, quæ moeſas nuncupatae. Scholiaſtes Sophoclis Oed. Col. o^o δὲ Αἰγαῖον πόλιν καὶ τῆς νικήσοι τὰ Παναθηναϊκά ἐλαῖα πολὺ μοεῖων γνωρίμες λίδεοι φησί. Lucianus De Gymn. vbi certaminum præmia enarrat. Τοῖς Παναθηναιοῖς τὸ ἐλαιον τὸ ἐκ μοείων. Erant verò illæ iuxta Academiam. Aristophanis Interpres Nubibus. Αἴλιον εἰς Αἰγαῖαν. Εἰ ταῦτα γάρ σινεῖσον οἱ Φιλόσοφοι. Ήν γάρ καὶ γρυπάσιον, ἀπὸ Αἰγαίου ινὸς, πατέλειψαν. Τὴν πιπήσιν ἔστιν πέρισσος θηροκόλιον πολὺ πώπολι. Καὶ οὐτὸν δὲ οὐσιαν αἵ γεντας ιεροὶ ἐλαῖαι τοῦ θεοῦ, αἵ παλαινητα μοεία. Nonnulli tradunt, ad hoc oleum contribuisse, quicunq; oleas haberent. Idem Scholiaſtes ibidem. Μοείας ἐλαῖαι ἐκλίθησαν, Διὸς τὸ πάντα αἴθρωπον, κεντητικὸν ἐλαῖον, αἰαγνούχεοι μέρος παρέχειν εἰς τὰ Παναθηναϊκά. Et hoc est, quod Panathenaicum vocat Plinius lib. xiiii. cap. i. Panathenaicum suum (oleum) Athenæ perseneranter obtinuere. Et accipiebant vrceum totum. Scholiaſtes Aristophanis. Κέρεμον ἐλαῖας ἐλαύεαν οἱ νικῶντες. Etiam Pindari, Nemeonic. Od. x. Διὸς δὲ τέττα πριάναι τὰς τὰ Παναθηναϊκά νεικητέσσι. πίγεται γάρ Παναθηναιοῖς ἐν ἐπάθλοις τάξει οὐδριαῖς παλίρρεις ἐλαῖας. Μοχ iterum. Τοῖς ἀθληταῖς, τοῖς τὰ Παναθηναϊκά νεικητέσσι, δίδοται οὐδριαῖς ἐλαῖαις παλίρρεις. Et, cùm oleum Athenis exportare nemini ullum omnino liceret, his tamen honoris ergo illud suum, quod præmij vicem accepissent, exportare concedebatur. Idem Scholiaſtes, loco citato. Οὐκ εἴτε ἐξαγωγὴ ἐλαῖας ἐξ Αἴγαίων, εἰ μὴ τῆς νικῶσι.

C A P . XII.

*Pyrrichistæ quoque dati , iijꝝ pueri inuestes.
Et cur id factum.*

P Ræter tria hæc certamina etiam pyrrichistæ dati. Lysias ἀπολογίᾳ δωροδοκίαις. Καὶ Παναθηναῖοις τῆς μυροῦ ἐχορέγγυ πυρριχιστῶν ἀγενέοις , Εἴποις μνᾶς. Vbi obserua, quod pyrrichistas darent Panathenæis minoribus iuuenes inuestes, vt Latinæ illi veteres loquebantur. Idem videre est apud Aristophanem Nubibus , vbi ita ille de pueris loquitur.

Σὺ δὲ τὰς νῦν δύος ἐν ιματίοις διδάσκεις ἐντελίκθοι,

Ω̄σε μὲν ἀπύγχεδ', ὅτιν ὁρχεῖοις Παναθηναῖοις δέοντις,

Τέλος ἀστίδα τῆς κωλῆς περέχων , ἀμελῆ τῆς Τερπυμέναις.

Ad quem locum Scholia festes. Ω̄ρχεῖντο γὰρ ἐν ὅλοις ἐν τη̄ς Παναθηναῖοις οἱ παιδεῖς . Causa autem, cur pyrrichistæ dati fuerint , quantum coniicio , quia Minerua, cui sacra Panathenæa, profligatis Titanibus , pyrrichiam saltasse credetur. Dionysius Halicarnassus lib. vii. Εἰληνικὸν δὲ ἀρχηγὴ τέτοιος ἐν τη̄ς παιῶν παιλαῖον ὅπιτιδομα, ἐν ὅλοις ὁρχηστής , ή καλγμόν πυρρίχη. εἴτε Αὐθηναῖς πρώτης ὅπις τιθένων ἀφανισμῷ χορούσιν ὡ̄ρχεῖοις σω̄ ὅλοις παιπύνεια τοῦτο χαραῖς δέξαμέντος. εἴτε παιλαῖο-

πν ἐλ Κερήτων αὐτὸν κατέσποιαμόν. Et Dioscuris quoque eius modulus tibiā accinuit. Scholastes Pindari Pythionic. Od. II. ο δὲ επίχαιρε τὸν Αθηναῖ φησὶ τοῖς Διοσκύροις τὸν ἔνοτλον νόμον ἐπανλῆσμ. Hoc est, quod Aristides ait, Orat. in Mineruam. Διόσκυροι δὲ οὗτοι (τῇ Αθηνᾷ) πρόρχιζουσι.

CAP. XIII.

*Et gladiatores; id quando initium sumpserit, &
quād diu obtinuerit.*

POstea etiam, cūm nimirum Romano imperio Athenæ subessent, Romanorum item more gladiatores dari cœpti, in theatro, quod in arce, magno pretio ad id empti, homines nequam, mangones, scortatores, adulteri, vesticularij, sectores Zonarij, alijque ciuius generis. Idque ad tempora Apollonij Tyanei visitatum, qui aboleuit. Philostratus narrat in eius Vitâ, lib. IV. cap. VII. Διωρθοῦ δὲ κάκενο Αθηνησιν. οἱ Αθηναῖοι ξωμάτων εἰς τὸ θεάτρον τὸ Ἑπτάτην ἀκροπόλει, προσεῖχον σφαγαῖς αὐθρώπων, καὶ ἐπιχείρησαν τῷ μᾶλλῳ, η ἐν Κορίνθῳ υῦν. ξημάτων τε μερίλων ἐωνηρδίοι ἥγοντο μοιχοί, καὶ αὐδραποδίαι, καὶ πόρνοι, καὶ τοιχωρύχοι, καὶ βαλανίσομοι, καὶ τὰ πιαιτεῖθνη. οἱ δὲ ὄπλιξον αὐτὸς, καὶ ἐκέλευσεν ξυμπίπειν. ἐλάβετο δὲ καὶ τέτων ὁ Απόλλωνι, καὶ καλέγητων αὐτὸν εἰς ἐκκλησίαν Αθηναῖον,

Α' θεωρίαν, σὸν αὐτὸν ἐφη παρελθεῖν εἰς χωρίον αἰκάζετον,
Ἐ λύθει μεσόν. δοκεῖπε γάρ μοι ταχείστης, ἐπέδη Ταὶ Παν-
αθήναια πέμπετε, μῆδε βέβητε, αλλ' ἵκανομενὶς αἰθρί-
πων, κατεδίσην τῇ θεῷ.

C A P. XIV.

*Nefas autem quicquam horum ludorum spectare
in ueste tinctâ; & pecunia ex ærario populo data,
redimendo in theatro loco.*

HOrum verò ludorum nullum fas spectare in ueste tinctâ; qui fecisset, in ius rapi ad agonothetam solitus, eius arbitrio puniendus. Lucianus in Nigrino. οὐδὲ τὸν αἰχμώντη πενίαν ἁμολογεῖτες, ἐμέμνητο πέσος με Φωνῆς Ἰνὸς, λὼ ἀκῆσαι πάντων ἐφη κατῆ ταχειλύρων ἐν τῷ αὐγῶν τῷ Παναθηναϊ-
ων. ληφθέντα μὴν γάρ Ἰνα τῷ πλιτῶν ἀγεδαὶ τῷδε τὸν αὐγωνοθέτῳ, οὐδὲ βαπτὶ τοῖς ἔχων τὸ ιμάλιον ἐθεώρει· τὰς δὲ ιδόντες ἐλεῖσοι ποτε, καὶ τῷδε γιττεῖσαν. καὶ τοῦ κήρυκος αὐδη-
πονίᾳ, οὐδὲ τὸν νέμον ἐποίησε, τοιαύτη ἐσθῆτη θεώμε-
νῳ, αιανοῖσι μιᾶς Φωνῆς πάντας, ὡς ερ ἐσκεμμένες συγγνώμην διπονέμειν ἀντῷ, πιαιτέραι γε ἀμπεχομένω, μοὴ γὰρ ἔχειν αὐτὸν ἐπεργα. Erogari verò pecunia ex ærario in populum solita, quā sibi ad spectandos ludos locum in theatro redimeret. Hesychius. Θεωρικὰ γενίματα, Ταὶ εἰς θεῶν θυμαὶ Εἰσῆλας οἰδόμενα ἐν τοῖς Παναθηναϊσι, καὶ Διονυσίοις, αἱ θυμαὶ ἐν τῷ θεάτρῳ οἰδί-
οντα.

C A P . X V .

Sacrum etiam ingens factum, ad quod bouem urbes omnes, que coloniae Atheniensium, mittere solita. Vnde visceratio quoque, & epulum, populo; in quo pocula visitata, Παναθηναιā indigetata.

SAcra porrò etiam facta, ad quæ vrbes Atticæ omnes, siue quæ coloniae Athenarum essent, bouem mittere immolandum tenebantur. Vnde visceratio item, & epulum, populo. Inde est illud Comici in Nubibus

Η'δη ζωμος Παναθηναιοις ἐμπληθεῖσι, εἰτ' ἔτεροι
θησ
τινὶ πατέρεσσι. —

Vbi Scholia festes. Ε'ν τοῖς Παναθηναιοις αἱ Αἴθιαι τοῖς Αἴθιαιοις πόλεις ἐπεμπον βοῦσ. ὅτεν ή δαψίλεια τῶν ιρεῶν. Et alius. Ε'ν τοῖς Παναθηναιοις πᾶσαι πόλεις, αἱ διπλαὶ τῶν Αἴθιων διπομιδεῖσαι, βοῦν θυσίεννον ἐπεμπον. Et hīc pocula visitata, magna illa, quæque congios binos caperent, aut plus etiam; quæ Παναθηναια dicta. Athenaeus lib. x i. Η σου δὲ καὶ ὄνυχινοι σκύφοι, καὶ σινδέσσις τέτων μέγει δικτύων, καὶ Παναθηναια μέγιστα, τὰ μὲν δίχοια, τὰ δὲ Σμείζοντα.

C A P .

C A P . X V I .

In Maioribus eadem fieri cœlitata.

Hactenus mihi de minoribus Panathenæis sermo fuit, nunc maiora explicanda. In his eadem omnia acta esse existimo. Ecce, de certamine equestri, apud Xenophontem habes, in Symposium. Ήν γὰρ Παναθηναίων τῶν μεγάλων ἴπποσθρομία. Et de gymnico, est videre apud Demosthenem Orat. Περὶ τὸς στέφανος· Δεδόχασμα τῇ βελῃ, καὶ τῷ δίκυῳ, στέφανῷ ταῖς καριδηροῖς, καὶ διόλυμον, χειροῦ στέφανο, καὶ ἀναγορεῦται Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις ἐν τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι. Item in Senatusconsulto Atheniensi, quod inter Hippocratis Opera reperitur. Αὐτορεῦσαί τι τὸν στέφανον Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις, ἐν τῷ ἀγῶνι τῷ γυμνικῷ. Ac gymnasiorum tunc è singulis tribubus unus datus; qui pecuniam ipse de publico accipiebat, in tributes expendendam. Anonymus in Argumento Midianæ. Εν μὲν δὲ τοῖς μεγάλοις (Παναθηναίοις) γυμνάσια ἵνα ἔχουνται· καὶ πεζούβαλτο ἀφ' ἐνάστης Φύλῆς εἰς γυμνασίαρχον, λαμπάνων χρήματα, εἰς τὸ γυμνάσιον τὸς ὅπιττεσσοντας τὴν ἐορτὴν, ἐδώσων ταῖς τοτῶν δαπάνας τοῖς τῆς ἑαυτοῦ Φυλῆς. De pyrrichistis, locus est Lysiae in Αἴτιογίᾳ δωροδοκίᾳ. Ἐπὶ δὲ Γλαυκίποτε ἄρχοντος, εἰς πύρριχιστὰς Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις ῥιγμοτίας.

C A P .

CAP. XVII.

Nisi quod peplus tunc deductus. Sch. Aristophanis error indicatus.

QVædam tamen speciatim tunc duntaxat v.
sitata obseruauit. Inter hæc deductio pe-
pli. Plato mihi disertus testis, in Euthyphro-
ne. Καὶ δὴ ἐ τοῖς μεγάλοις Παναθηναῖοις ὁ πέπλος,
μεσὸς τῶν τοιετῶν πυιδιμάτειν, ἀνάγεται εἰς τὴν ἀκρό-
πολιν. Plautus Mercatore, Act. i. Sc. i.

*Neg, nisi quinto anno quôg, posse tum visere
Vrbem, atq; extemplo inde, ut spectauisset peplum,
Rus rursum confessim exigi solitum à patre.*

Huc pertinet etiam fragmentum eiusdem, apud
Seruium Æneid. i.

*Nunquam ad ciuitatem venio, nisi cum infertur
peplum.*

Virgilius in Ciri:

*Sed magno intexens, si fas est dicere, peplo;
Qualis Erechtheis olim portatur Athenis,
Debita cum castæ soluuntur vota Minerue,
Tardaq; confecto redeunt quinquennia lustro.*

Harpocration. Περὶ τοῦ πέπλου, τοῦ ἀναγομόρφου τῆς
Αὐθεᾶς τοῖς μεγάλοις Παναθηναῖοις, & μόνον τῷ δὲ τοῖς
ρήτοροιν ἐσὶ μνήμη, αἷλα δὲ τῷ περὶ τοῖς καρυκοῖς. Mo-
schopulus. Πέπλος, ἐξαιρέτως ἐνδυμάն, ὁ ἀνὴρ τῆς
Αὐθεᾶς ἐν τοῖς μεγάλοις Παναθηναῖοις. Itaque errat
vehementer Scholiaстes Aristophanis Equiti-
bus,

bus, singulis annis, id est, minoribus Panathenais, factum dicit. Verba eius ecce ista. Επειδέτο τὸν ὁ πέτλῳ καθ' ἔκαστον ἐνιαυτὸν, καὶ ἵπομπόλετο τὸν τοῖς Παναθηναῖοις.

C A P V T XVIII.

Ille vero qualis fuerit, quidve in eo intertextum. Libellus, Πέτλῳ inscriptus, an sit Aristotelis Stagirita, per occasionem quesitum. Deinde quo colore fuerit. Lutatij error. A quibus textus; & texturæ quæ praefectæ. Εργασίναι. Item quando. Scholia st̄ Euripidis error.

QValis autem peplus fuerit, non abs re factum me existimauit, si hīc dicerem. Erat nempe velum nauis Panathenaicæ. Suidas. Ιδίως τῷ τοῖς Αἰγαίοις πέπλῳ τῆς Αἴθιωαῖης, νεάς, λοι Αἴθιωαῖοι παποκόλασον τῇ Αἴθιῳ. Et intexta illi Titanomachia, resque in eā à Mineruā præclarè gestæ. Euripides Hecubâ.

Η Παλλάς τὸν πόλι¹
Ταῖς καλλιδίφρες Αἴθα-
ναις, εἰς οὗποκεώ πέπλῳ
Ζεύς οὐρανοῦ μαλακόν πάλας,
Εν δαιδαλίαισι τοιίλ-
λαστ' αἰδοκρόνεισι πήναις.
Η Τίτανων γενεαῖ,
Ταῖς Ζεύς αἱματίπτρῳ κομίζει
Φλογυμῷ Κρονίδας.

D

Scholia-

Scholiaстes Aristophanis Fuitibus, vbi de pe-
plo. Ενεργεατο ἐν αὐλῷ Ἐγέλας, ἐν αὐλῇν ἡ
Αὐλεῖ. ἦν ἡ τῶν γηγένων εἰς. Quæ totidem quoq;
verbis Suidas. Virgilius Ciri.

*Ergo Palladiæ texuntur in ordine pugne,
Magna gigantéis ornantur pepla tropœis,
Horrida sanguineo pinguntur prælia cocco.
Additur auratâ derectus cuspide Typho,
Qui priùs, Osseis consternens æquora saxis,
Emathio celsum duplicabat vertice Olympum.
Tale deæ velum solenni in tempore portant.*

Scholiaстes Euripidis Hecubâ. Εἴδοι λότον Αἴγι-
ναις υφαίνειν τὰς παρθένες τῆς Αἴγινᾶς πέπλου, ἔχοντας
δέρισις τῆς θεοῦ, πλευρῆς ψόν, καὶ ἀκάθιτων
ἐπισάξατο μετὰ τὸ Δίος. Proclus in Timæum Pla-
tonis, Comment. i. Οἱ τῶν Παναθηναϊών πέπλοι
ἔχει τὰς γήγεντας νικωμένες ὥστε τῶν Ολυμπίων θεῶν.
Erant præterea etiam intexta, quæ alij viri ex-
cellentes fortiter fecissent. Seruius ad Æneid.
i. Peplum Minerne consecratum erat. In hoc depin-
gebantur ex more apud Athenienses, qui strenuè se in
bello gessissent. Inde est, quod tales qui essent,
ἄξοι: τὸ πέπλος dicantur ab Aristophane Equi-
tibus.

Εὐλογῆσαι βελόμενοι τὰς πατέρες ήμῶν, ὅτι
Ἄνδρες ἡσαν τῆς δὲ τῆς γῆς ἄξοι, καὶ τὸ πέπλος.

Inde quoque Aristotelis libellus, virorum præ-
stantissimorum elogis pepli instar intertextus,

Πέπλοι

πέπλῳ ab eo inscriptus fuit. Eustathius ad Iliad. β'. ἵστρεῖ δὲ οἱ ἀνὴρ πορφύρῃ ἐστὶ Αὐγοπέλης σύγχεαμη πειραματίστρῳ, ὃπερ ἀκλήθη πέπλῳ. Sed an Aristoteles ille Stagirites? ut per occasionem hoc dicam, valdè ambigo. Neque enim à Diogene Laërtio inter Opera eius recensetur. Deinde disertè alium quendam Aristotelem auctorem facit Ioánnes Tzetzes in Hesiodum, lib. i. Λ' εριστέλης γάρ, οὐδὲ φιλόστρῳ, μᾶλλον δὲ, οἰκεῖ, οὐ τὰς πέπλας σωτάξας. Sed hoc εὐ παρόδω. Postea per adulationem sciuerunt quoque Athenienses, vt Antigonus & Demetrius ibi item intexerentur. Plutarchus testatur in Demetrio. Εννοφάγεαδη δὲ τῷ πέπλῳ μετὰ τῶν θεῶν αὐτὸς (πὸν Αὐλίζονον τε καὶ πὸν Δημήτειον) ἐψηφίσαντο. Sed id Dijs iratis factum, mox apparuit. Narrat enim Plutarchus ibidem non multò post. Εποίησεν δὲ τοῖς πλείσοις τὸ Φεῖον. οὐ μὴ γάρ πέπλος, ὅπερ εἴψηφίσαντο, μετὰ τοῦ Διὸς καὶ τοῦ Αἴγυνος πεσεννυφναμένων Δημήτειον καὶ Αὐλίζονον, περιπόμῳ περὶ τῆς Κεραμεικοῦ, μέτρῳ ἔρραιη, θυέλλης ἐμπεῖσοντο. Erat verò colore candido, clavis aureis interstinctus, ac sine manicis. Lutatius ad Theb. x. *Peplum est vestis candida, aureis clavis picta, sine manicis, quod simulacris siebat.* Sed hoc peplum primum ab Atheniis suis institutum, quod matronae suis manibus faciebant, & inter triennium numinibus offerebant. Ad colorem quod attinet, eum croceum fuisse Euphripes tradit, in citato Hecubæ loco.

— Εν κροκέῳ πέπλῳ

D 2

ΖΕΥΣ.

Ζεύς έρωτα ἄρματι πάλας,
Ἐν δαιδαλίσιοι ποκίλ-
λαστ' αἰδηρόκεισι πλώσισ.

Nisi forte ita dixerit ob clauos aureos, quibus interstinctus erat. Atque hoc verum esse potest. Sed non semel errat Lutatius; nam neque matronæ texebant, sed virgines, ut statim dicemus: deinde non Dijs quibusuis offerri solebat, sed Mineruæ tantum vni. Texebant autem virgines aliquot, quibus præfectæ duæ ex illis, quæ Ἀρρηφόροι nuncupatae. Etymologici Auctor. Αρρηφόροι, διπλῶν ἐπὶ λαμένοις ἔνδειαι. τέτων δὲ θύμοι διεργίνονται, οἷς Διὰ τῆς υφῆς τὸν ιεροῦ πέπλος ἡρχονται καὶ τῶν πεπλῶν. Quæ totidem verbis Harpocration etiam tradit in Ἀρρηφορεῖν. Illæ vero, quæ texebant, Εργασῖναι dicebantur. Hesychius. Εργασῖναι, οἷς τὸν πέπλον υφαίνεται. Ac texturam ordiebantur die Pyanepsionis mensis tricesimo, quo τὰ Χαλκεῖα celebrabantur'. Etymologici Auctor in Χαλκεῖα. Εἰς δὲ ἐνη καὶ νέα Παναθηναϊκῷ, ἐν ᾧ καὶ ιέρειαι μετατῶν ἀρρηφόρων τὸν πέπλον διάλογονται. Ergo errat Scholiares Euripidis Hecubâ, qui Panathenæis texi consueuisse nobis Auctor. Τοφαγον δὲ (τὸν πέπλον) ἐν της Παναθηναϊσις.

C A P.

C A P . X I X .

Cum magnâ pompa deduci solitus; quae extra Vrbem instituta, in Ceramico; idque iuxta Leocorium, quod ibi erat. Pompæ descriptio. Peplus è nauis suspensus, qua Minerue apparata, per Ceramicum ad Cereris Eleusinæ templum ducebatur. Et nauis illa terrâ ibat, instrumentis subterraneis prouoluta, implente sinum vento secundo; quam in rem Virgilij locus illustratus. Mox templum Cereris circumuecta, præter murum Pelasgicum, & Apollinis Pythij templum, in locum suum perducebatur. Inde peplus in arcem ductus, præter Mercurios, unde tabulatum ibi Aristagoræ à Demetrio collocatum. Eius partes inferiores si contaminari fortè contigisset, erat destinatus quidam, qui ablueret, καθαίνεις appellatus. Mox Minerue simulacro insternebatur, cui è floribus lectus apparatus erat, πλακὶς dictus.

Poplum istum ingens pompa prosecuta, quam spectemus. Instrui eam extra urbem moris erat. Frontinus Strateg. lib. I v. cap. vii. Athenienses, cum subinde à Lacedemonijs infestarentur, diebus festis, quos Minerue sacros extra urbem celeabant, (designat hæc Panathenæa.) omnem quidem colentium imitationem expresserunt, armis tantum vestie celatis. Et quidem in Ceramico. Thucydes lib. vi. καὶ ὡς ἐπῆλθεν η ἑορτὴ (τῶν μεγάλων

D 3 πασαρη-

Παναθηναίων) ἵπποις ψῆφοις ἐξαὶ τῷ Κεραμεικῷ καλέσθι φεγγεῖ τῶν δερυφόρων διεκόπει, ὡς ἐπασχεῖ ἔχοις τῆς πυρῆς πεψύνει. Idque iuxta Leccorium. Disco ex eodem Thucydide, lib. 1. τῷ ἵππῳ κατέταχόντες, τῇ λεωφόρῳ καλέσθιον λεωφόρον, ἐν μέσῳ τῷ Κεραμεικῷ. Vniuersa autem pompæ ratio hæc erat. Suspendebatur εἰς ναῦι, Mineruæ apparatâ, peplus, de quo nobis dictum; cumque per Ceramicum totum, vbi pomparam institutam iam ostendi, vsque ad Cereris Eleusiniæ templum deducebant. Suidas. Παρεὶ Αἴθιον πέπλῳ, τὸ ἄρρενον τῆς Παναθηναϊκῆς νεάς, λινὸς οἱ Αἴθιοι καποκόδαλον τῇ Αἴθινᾳ Διὰ περιεστηρίᾳ. οὐκοῦ τοῦ πυρτλῶν διὰ τοῦ Κεραμεικοῦ ἐποίειν μέχρι τοῦ Εὔλουστιν. Per Ceramicum ductum peplum, Plutarchi etiam verba ostendunt in Demetrio. οὐ ψῆφοι τείπλῳ, ὥστερ εἰψηφίσαντο, μετὰ τοῦ διὸς τῆς Αἴθινος περισσοτεν φαινομένων Δημήτερον οὐδὲ Αἴθιζον, πημόρῳ διὰ τοῦ Κεραμεικοῦ, μέλῳ ἐρράγη. Ibatque nauis illa non mari, sed terrâ. Heliodorus Αἰθιopic. lib. 1. Παναθηναίων τῶν μερχίλων αἰγαρθίων, οὐ τὴν γαῦν Αἴθιναῖον ὅπλη γῆς τῇ Αἴθινᾳ πέμπεσσιν. Scholia festes Aristophanis Pace. Τῇ δὲ Αἴθινῃ γεννών (τὰ μεγάλα Παναθηναῖα) διὰ πέντε ἐτῶν, οὐκοῦ οὐ γαῦς ὅπλη γῆς πλέον περ' αὐτοῖς. Actra habebatur non iumentis, quod malè viri quidam docti opinantur; sed per machinas subterraneas, remis impulsa,

pulsa, voluebatur per Ceramicum ad Cerceris Eleusiniæ templum, vbi dixi: idque circumuersa, præter murum Pelasgicum, & Apollinis Pythij templum, in locum suum deducebatur. Philostratus in Herode, Sophist. lib. II. Κάκενα ὅτι τῶν Παναθηναίων τέτων ἡγον, πένταλον μὲν αὐτῷ φράσαι τῆς νεώς, ἥδια γραφῆς, σωὶς γέριν τῷ πέλπῳ δραιμεῖν δὲ τὸν ναῦν, τὸν παρεζυγίων ἀγόντων, αὖτις παραγενοις μηχαναῖς πασολιωδέγνουσεν. ἐκ Κερύμμακος ἀρχοντος χιλία πάπη, αφεῖναι ὅτι τὸ Εὐλόγιον. καὶ τεκναλόσουν ἀντα, προμεῖψα τὸ Πελασγικὸν, τεμιζόρυθρον προστὰ τὸ Πύθιον, ἐλθεῖν οἶνον ἄρμισεν. Et implebatur sinus vento ferente. Vides in istis Philostrati verbis. ἡγον, πένταλον μὲν αὐτῷ φράσαι τῆς νεώς, ἥδια γραφῆς, σωὶς γέριν τῷ πέλπῳ. Atque hoc est, quod Virgilius in Cirius intellexit, cum ait.

— peplo,

*Qualis Erechtheis olim portatur Athenis,
Debita cum casta soluuntur vota Minerue,
Tardaq; confecto redeunt quinquennia lystro,
Cum leuis alterno Zephyrus concrebuit Euro,
Et prono grauidum prouexit pondere cursum.*

Inde in arcem itum fuit, præter Mercurios; qui Athenis locus quidam, ut nuper ostendi, Attic. Lect. lib. vi. cap. xviii. Hinc est, quod tabulatum ibi amasixæ suæ Aristagoræ, ut spectaret commodissimè Demetrius posuit. Athenœus lib. iv. τοῖς δὲ Παναθηναῖοις, ἵππαρχον, ἵππον ἔσησε περὶ τοῖς Ερμαῖς Αἰγαστήρᾳ, μετωρόπερ τῶν Ερμῶν. In arcem deductum peplum fuisse, ex Platone manife-

manifestum, cuius iste locus Euthyphrone. οὐ πέπλος, μεσὸς τῶν ποιήτων πικιλμάτων, αὐάγεται εἰς τὸν ἀκρόπολιν. Quod si inter deducendum partes fortè inferiores inquinari contigisset, erat constitutus aliquis, qui purgaret, Κατανίπης appellatus; & munus illud inter sacra numeratum. Etymologici Auctor. Κατανίπης, ἡ ἐπάνυμόν ἦν, ἡ ιερωσινὴ Αἴγυνης, ὁ τὰ κάτω τοῦ πέπλου τῆς Αἴγυνας ρυπαινόμνα διοπλιών. In arcem verò cùm deduxissent, Mineruæ simulacro insternebant. Licet colligere è Polluce, lib. vii. cap. xiii. Καὶ ὅτι μὴ θίβελημά εἴη, πικρήσει ἀντίτι τὸ Αἴγυνας πέπλων. Hoc quoq; innuunt ista Lutatij ad Theb. lib. x. Peplum est vestis candida, aureis clavis pīcta, sine manicis, quod simulacris fiebat. Cui Mineruæ simulacro lectus ille, floribus stratus, quique πλακίς dicebatur, paratus fuisse videri potest. Meminit eius lecti Hesychius. πλακίς, κλινίδιον καπιονθασμόν εἶαιθὲν τῇ ἐσφῆ τῶν Παναθηναίων.

CAP. XX.

In pompa senes ambulabant, cum oleo et ramo; unde Θαλλοφόροι dicti. Hesychij locus restitutus. Illi autem ad hoc lecti, qui florente formâ essent. Aristophanis dicterium. Grammaticorum error. Etiam anus, pariter ac senes, deducebant.

IN hâc pompa omnis ætas, omnis sexus, omnis ordo incedebat. Primò senes ramum oleo et gestantes, vnde Θαλλοφόροι illi nuncupati. Etymologici

logici Auctori. Θαλλοφόρῳ, ὁ πομπός τῶν Αἰγίνησ τοῖς Παναθηναῖοις, καὶ ἐλάτις κλάδον Φέρων· λέγοντο δὲ καὶ γέροντας θαλλοφόρους, τοὺς γένεν ἄλλο γερούματα, η̄ τοὺς τὸ θαλλὸν Φέρεν. Corruptus hāc in re Hesychius. Θαλλοφόρῳ, ὁ πομπός τῶν Αἰγίνησ τοῖς Παναθηναῖοις, Εἴλατις κλάδον Φέρων. Λέγεται δὲ καὶ γέροντας θαλλοφόρους, τοὺς γένεν ἄλλο γερούματα, η̄ τοὺς τὸ θαλλὸν. Restituo verba illa postrema. Η̄ τοὺς τὸν θαλλόν. Eustathius ad Odyss. 7. Καὶ θαλλοφόροι δέ οἱ θεοὶ οὐ οὐδέναις. τοιχοὶ δέ εἰς θεοὺς οἱ γεραῦται. Iterum ad Odyss. 1. Θαλλοφόρῳ, παροιμιακῶς, ὁ τοὺς μηδὲν γείσιμῳ ἄλλο, η̄ βοσκήμασι θαλλὸν ωρίζεται. Dicunt Grammatici, senes fuisse ad nullam rem aliam utiles, seu decrepitos; idque hauserunt ex dictorio Comico Aristophanis Vespis.

Οὐκέτι πεισθεῖσιν ὅχλῳ
Χρήσιμῳ ἐσ' γέροντας ακαρῆ.
Σκωπόμυλοις γάρ αὐτὸν
Ταῦτα οὐδεῖς απάσοις
Θαλλοφόροι καλέμεθ.

Vbi Scholia stes. Θαλλοφόρους γάρ ἔφη, βελόφρων Τὰς γέροντας δηλῶση. ἐπεδὴ τοῖς Παναθηναῖοις οἱ γέροντες θαλλὰς ἔχοντες ἐπέμπον. Falluntur autem, dum dictorium istud Comici, quo irridet ille senes, veritatem putauere. Nam mos legi, quibus forma adhuc florens, & qui bene ἀτatem ferrent. Xenophon mihi in Symposium testis valde luculentus. Αὔλας γένεν μέντοι Ταύτη γε ἀλμασέον τὸ κάλλον, ὡς Τεχνὴ ωρίζεται. ἐπεὶ ὥστερ γε πᾶσι γίγνεται παλὲς, γάρ τα καὶ μέρεάν τον, καὶ αὐτῷ, καὶ πεισθεῖσι.

E παρή-

πημέρον οὗτος, Θαλλοφόρος δῆ τῇ Αἴγυνᾳ τὰς καλὰς γέροντας ἀκλέγοντα. Et è Xenophonte Iuncus lib. De Senectute, apud Stobæum Serm. cxi. Λάλα δὴ καὶ τὸ δύπεπτος ωδῆμά τοῖς αὐτοῖς, (de senibus loquitur) ὡσε καὶ καπά ἀγρεψί, καὶ τὰς ἐν θεάτροις ὄφεστας, οἵας δὴ ἐν αἰγέλῃ Βοῶν καὶ ἵπων, οἱ δοκεντις ἄρχειν τὸ αἰγέλην, τὸ δύπεπτος παρέχοντος δῆλον τοῖς ἀπαντων ὄφεστας. μάλιστα δὲ ἐν τοῖς ιεροῖς θύοντες ἐσφανωμένοι, πειθαλεπτόπεροι τὸν ιερῶν γίνονται. ὁ, τε νόμος ἀντὶς ἐκείνης χειροτονεῖ τῇ Αἴγυνᾳ, ὡς Φησι Σενοφῶν ὁ Φιλόσοφος, θαλλοφόρος. Nec senes tantum in hac pompa cum oleo ramo, sed & anus. Scholia festes Aristophanis citatis Vespis. Εν τοῖς Παναθηναίοις οἱ γέροντες θαλλάς ἔχοντες ἐπόμπουν. ὡς γνεί εἰς γέρεν ὅντων χρησίμων αὐτῶν, ἐξω τοῦ θαλλοφορεῖν, ὃτως αντὶς ἐπεσκωψεν. οἱ μάλιστα Δικαιάρχοι ἐν τῷ Παναθηναϊῳ, σὺν οίδα ἐξ ὅτε πτὲ, Καὶ ταὶς γραῦς ἐν τοῖς Παναθηναίοις θαλλοφορεῖν.

CAP. XXI.

Viri quoque, aetate florentes, iijq; cum armis; & mulieres. Illos inquilini fecuti, cum ligonibus, Σκαφηφόροι πυκνοπατι; istas, corum uxores, cum hydrā, τὸ δριαφόροι dictae. Aelianus restitutus, & Hesychius illustratus.

INDE viri, aetate florentes; iijque cum armis. Hinc illud Thucydidis, lib. vi. Καὶ αὐτοῖς οὐδὲ ἄλλα τεῖς τὰς ξωπογομόργας τῷ ἔργῳ ἐπέπεικτο. περί-

πειρίδων δὲ Παναθηναῖα τὰ μεχίλαι, ἐν ᾧ μόνον ἡμέρα
εἰχόποτον ἐγένετο, ἐν ὅπλοις τῶν πολιτῶν τὰς τὴν πομπὴν
πέμψοντας αὐθόρους φύεδην. Et quidem cum clypeo,
atque hastâ. Ille ipse mox, in re eâdem. Μετὰ
γὰρ αὐτοῦ, καὶ δέῃ, εἰώθεσαν τὰς περπομπὰς
ποιεῖν. Atque hos inquilini sequebantur, cum li-
gone; vnde etiam Σκαφηφόροι appellati. Huc
pertinet Hesychij locus. Σκαφηφόροι, οἱ μέποις
εἰτας ἐκαλλῆντο σκάφας γὰρ ἔφερον ἐν Παναθηναῖοις.
Deinde fœminæ comitabantur; quas secutæ in-
quelinorum vxores, hydriam ferentes. Clarum
est ex Æliano, Var. Hist. lib. vi. cap. i. Αὐθηνᾶς
ἢ Ὑπερίζον Σκέπειντες τὴν Ὑπερίν. Σκυχίας γὰρ λαβόμενοι,
τὴν Σκεπαγίαν σωφρόνως σκηλευγκαν. τὰς γέννη-
ντας τὴν μετοίκων σκιαδήφορεῖν ἐν ταῖς πομπαῖς ἱνάγμαζον
Ταῖς ἑαυτῶν κόραις· ταῖς ἢ γυναικαῖς, ταῖς γυναιξῖ. τὰς δὲ
αὐδρας, σκαφηφορῖν. Quæ postrema sanè verba
mutila censeo, ac restituendum omnino. τὰς δὲ
αὐδρας, σφίσι σκαφηφορῖν. Nam ciues viros seque-
bantur inquilini cum ligone; mulieres verò, vir-
ginesque, illorum vxores, filiæque: illæ, cum hy-
driâ; istæ, cum vmbellâ, ac sellâ, vt statim dicam.
Vt autem in inquelinis viri ab hoc opere Σκαφη-
φόροι, ita mulieres τὸ δριαφόροι nuncupatæ. Pollux
docet, lib. iii. cap. iv. Σκαφηφόροι. ὅτω τὰς με-
ποντας ἀνέμαζον. ταῖς γυναικαῖς αὐλῶν, τὸ δριαφόρες. Διπλὰ
τὰς ἔργα ἐκαπίρες. Et de mulieribus capiendum
istud in Hesychij glossis. τὸ δριαφόροι. μέποις.

CAP. XXII.

Et ephebi, pœana canentes; cum coronâ, ac chlamyde. Ea corona è milio erat, chlamys nigra; idque quare, & quam diu: inde alba, & à quo id institutum.

VIROS subsequuti ephebi chlamydati, & coronati, pœanem deæ proprium canebant. Heliodorus Aethiopic. lib. i. Παναθηναίων τῶν μεγάλων ἀγοριδίων, ὅπε τὰς ναῦν Αὐθενάῖοι ὅπε γῆς τῇ Αἴγυντα πέμποσιν, ἐπίγχαιον μὲν ἐφιβέβων, ἀστας δὲ τὸν εἰωθότα παιᾶνα τῇ θεῷ, καὶ τὰ νενομισθάνα περιπολίζας, ὡς εἶχον σολῆς, αὐτῇ χλαμύδι, καὶ αὐλοῖς σεφαίοις, ἔρχομεν οἵκαδε ὡς ἐμαυτόν. Coronam eorum milij ramos fuisse arbitror; qualem in alijs quoque pompis habuisse animaduerto. Hesychius. Μίλιον, δένδρον ὄμοιον ἐλάτῃ, φ τὰς νέγες σεφανθσιν ἐν ταῖς πημασῖς. Chlamys vero, quā induti, nigra erat; propter luctum ob mortem Coprei, quem ab aris Heraclidas auellentem Athenienses interfecerant. idque obtinuit ad Herodem usque Atticum, qui in albam commutare eam iussit. Accipio ex Philostrato in Herode hoc, quem dixi, Sophist. lib. ii. Μετεκόσμησε δὲ καὶ τὰς Αὐθενάῖες ἐφίβεσε εἰς τὸ νωῦ χῆμα, χλαμύδας πεπῶν αἰμφίζας λακοάς. πέως γὰρ δῆ μελαίνας ἐνημέδηνοι ταῖς ἐκκλησίαις πεικάθεωσι, καὶ ταῖς πομπαῖς (de Panathenais illi sermo est) ἐπεμπον, πενθέντων δημοσίᾳ τῶν Αὐθενάῶν τὸν κήρυκα πὺ

τὸν Κοπτέα, ὃν ἀντὶ ἀπέκτειναν, τὰς Ηρακλείδας τοὺς
βαμοῦ διποσῶντα.

C A P. XXIII.

Denique virginēs procedebant, cum canistris; unde Κανηφόροι dicti. His iniecta velamenta,
ἱερωνύμες appellata. Adseruata verò ab illis, qui
Αρχιθέωροι dicti, eamq̄ in rem Andocidis locus
restitutus. Et pompa instante hi inter virginēs di-
stribuebant; castitati, prius quam id ficerent, per
aliquot dies operam dantes. Virginēs autem è pri-
matibus istis erant; sororq̄ Harmodij contumeliam
hic affecta. Cum virginib⁹ filiæ inquilinorum
ibant pro pedissequis; & umbellam, ac sel-
lam, ferentes: unde etiam Διφρο-
φόροι nuncupatae.

P Oſt hos virginēs ſequabantur, cum cani-
ſtris; in quibus ea, quæ ad ſacra facienda
necessaria: unde illæ κανηφόροι appellatæ. He-
ſychius. κανηφόροι. ἐν ταῖς πομπᾶīς αἱ ἐν αἰγιώματi
παρθένοι ἐκανηφόρεγν, ὥστερ καὶ ἐν τοῖς Παναθηναῖος. Id-
que à tempore Erichthonij, vt initio comme-
moraui, viſitatum. Harpocration in κανηφόροι.
Περὶ τῶν κανηφόρων Φιλόχοροι ἐν δευτέρᾳ Α' Σιδοῦ
Φησὶν, ὡς Εὐρυχονίς Βασιλέου οὗ περὶ τὸν κατέσηκεν αἱ
ἐν αἰγιώματi παρθένοι φέρειν τὸ κανά τῇ θεῷ, εἰφ' οἷς εἰπέ-
κατο οὐ τοὺς τὴν θυσίαν, τοὺς τε Παναθηναῖοις, καὶ τοῖς.

πομπᾶς. Et iniecta his canistris velamenta, ἡριανῖδες nuncupata. Hesychius. ἡριανῖδες, οἱ Σκυθικοὶ στλαῖ. οὐκ ἀρχὴ Αἰθιοῖς σκεπάσματα, οἵς ἐκάλυπτον τὰ ιερὰ κατὰ. Afferuari autem illa, ut reliqua pompa instrumenta, solita apud eos, qui αἱρέθεωροι dicti. Obseruare est apud Andocidem Orat. Κατ’ Αἰγαίοις. Τὰ πομπαῖα ἀρχὴ τῶν δερχιθεωρῶν αἱτούμενοι, οὓς εἰς τὰ πνάκια τῇ περίπολῃ τῆς γούσας χρησόμενοι, ἐξηπάτησε, καὶ διπλῶν τοῦ ηγελε. Quem locum, insigniter corruptum, sic restituendum censeo. Ως εἰς πάπινία τῇ περίπολῃ τῆς θυσίας χρησόμενοι. Et hi, cum instaret pompa deducenda, inter virgines laturas distribuebant; sed eorum tanta veneratio erat, ut, priusquam ea attingerent, aliquot dies castitati operarentur. Clarum è Demosthenis verbis, in extremâ Aristocrateâ. Αἰώνιοι Ανδροίων υἱοῖς πομπαῖον θητούμενής. Ανδροίων, ὁ γῆ, καὶ θεοί. καὶ τοῦτο τὸ αστέρια ἔλατον ήν ἥγετος; ἐγὼ μὲν γάρ οἶμαι δεῖν, τὸν εἰς ιερὸν εἰσιόντα, καὶ χερνίσων καὶ κατὸν αἴψορθον, καὶ τῆς περὶ θεὸς θητημελεῖας περιστάτην ἐσόμενον, εὖχοι περιηρθρῶν ἡμερῶν αἰρεθμὸν αἰγαλεῖν μόνον, αἷλα τὸν Βίον ὄλον ἡγελούμενα πιάτων θητημελεῖας, οἷα τάτῳ βεβίωται. Erant vero, quæ canistra hæc portabant, virgines planè primariæ; neque is honos qualibus cunque habebatur. Hesychius. Αἱ ἐν αἰξιώματι παρθένοι ἐκανηφόρεν τῇ θεῷ, ὡστερ. Εἰς τοῖς παναθηναϊσι. ἢ πάταγος οὐδὲ ἐφεῖτο κανηφορεῖν. Et Harpocratio n. Κατέσησαν αἱ ἐν αἰξιώματι παρθένοι φέρειν τὰ κατὰ τῇ θεῷ. Itaque Harmodij soror, tamquam hoc hono-

honore indigna, ab Hipparcho reiecta per contumeliam fuit. Thucydides lib. vi. Τὸν δὲ ὅντα
Αρρόδιον (ὁ Γιπαρχός) απαρνηθέντα τὴν πείρων,
ῶστερ διενοῖτο, τασσύπηλάκιον. ἀδελφὸν γὰρ αὐτῷ κό-
ρειν ἐπαγγείλαντος ἦνεν, κανέντον οἰζωσεν· λέγοντες, ότι
ἐπαγγεῖλας τὴν αρχὴν, οὐκοῦ τὸ μὴ αἴξιαν εἶναι. Maximus Tyrius Dissert. viii. Καὶ ἀδελφὸν Αρρόδιον,
Παναθηναϊοὺς ἔγενον ὅπερ τὴν πυρτὴν, κανηφορεῖσαν,
ἔξηλασεν ἐπὶ αἵματα. Meminit etiam Plato Hip-
parcho. Λέγεται δέ ὅτι τῶν χαρακτερῶν αὐθεώπων καὶ
ὁ θεῖαν (τὸν αὐτὸν γένεαν) ἡ διὰ τὴν τῆς ἀδελφῆς (τοῦ Αρ-
ρόδιον) αἵματα, τῆς κανηφορείας. ἐπεὶ τοῦτο γε δύνηται.
ἄλλὰ τὸν μὴ Αρρόδιον γεγονένα πυρτὴν πολὺ Αὐτο-
γείτον (τὸν), καὶ πεπαιδεῦαται ὥστε σκένειν. Sequeban-
tut autem virgines has pedissequæ, quæ vmbel-
lam, & sellam, ferrent. Obseruare, ecce, licet
apud Aristophanem Auibus.

Φέρε μοι σκιάδιον, ἵνα με κανὸν ὁ Ζεὺς ἰδῃ
Αὐτῷ δένει, ἀκολυθεῖν δοκῶ κανηφόρῳ.

Ad quem locum Scholia fest. Ταῦς γὰρ κανηφόροις
σκιάδιον γε δίφρον ἀπελαγθεῖται ἔχοντα. Quia totidem
verbis Suidas in Δίφρος. Erant vero hæ pedissequæ
inquilinorum filiæ. Clarum ex Harpocra-
tione, in Σκαφηφόροις. Προσέταπεν ὁ νόμος τοῖς μετοί-
κοις ἐν ταῖς πομπαῖς, αὐτὸς μὴ σκάφος Φέρειν· ταῦς δὲ
θυγατέρας αὐτῶν, οὐδέποτε, καὶ σκιάδια. Et ex Aeliano,
Var. Hist. lib. vi. cap. i. ταῦς γέννησεν περιθέντες τῶν με-
τοίκων σκιάδηφοροῦν ἐν ταῖς πομπαῖς λιγναῖον (οἱ Α-
θηναῖοι) ταῦς ἐαυτῶν κρέατις. Atque illæ, à sellâ,
quam ferebant, Δίφροφόροι indigetatae. Etymo-
logici

logici Auctor. Διφροφόροι, αἱ ταῖς κανηφόροις ἄπονται, δίφρες ὅπιφερομάρματα. Quae apud Hesychium quoque habes, totidem verbis. Estque mentio etiam earum apud Hermippum in Comœdiâ, Θεοὶ inscriptâ.

— ὥστεροι κανηφόροι
λευκοῖσιν ἀλφίτωσιν ἐπιτεγματωδώσις,
εὐγὰ δὲ ἐνεκα τὸ ψαλάθων τὸ διφροφόρον.
Et Nicophon χειρογραφόρων γέννα.
— αὐτὸς ὁ λίζον γ' αἴσαγ' ἀπὸ
τῆς διφροφόρου, χρηστὸς εἰ, καὶ κέσμι Θρ.

C A P. XXIV.

*Agmen pueri cladebant, tunicis amicti, quæ πανδαικοὶ πυντυπατα. Curam verò pompe omnem
οἱ Νομοφύλακες sustinebant, fasciā albâ coro-
nati. Pollucis locus emendatus. Vbi instrui
pompa solita. Πομπαῖον.*

AN & pueri in hâc pompa? Speciatim nusquam inuenio; sed fuisse, ut in cæteris, non est dubium: nam in omnibus indistinctè etiam ibant, idque tunicis induti, quæ πανδαικοὶ nominatæ. Occurrit in Hesychij Glossis. πανδαικοὶ, πανδικοὶ χιτῶνες ἢ ταῖς πομπαῖς. Habes pompam vniuersam, ordine suo explicatam; Nunc dicendum, penes quosnam instruendæ eius cura; deinde, vbi instrui solita. Ac curam quidem

quidem instruendæ oī Νομοφύλακες sustinebant, fasciâ albâ redimiti. Pollux lib. viii. cap. viii. sect. vii. Ἡ παρρησία δὲ δύο, ἐξ απάντων Αἴγιναίων αἰρεζέντες, Ἐπιμελῶνται τῶν πολεμίων. oī σὲ Φύλαρχοι, δέκα. εἰς δὲ Φυλῆς ἐκάστης, τῶν ἴππων αἱρεῖσανται. καθάπερ οī Τεξίαρχοι τῶν ὀπλιῶν. νομοφύλακες μὲν, ἐξεφανῶνται σροφίᾳ λόγων. τὰς σὲ πομπὴν πέμπεσσι τῷ θεῷ. Quem locum, luxatum, corruptumque, sic restituendum censeo. ἐ. τῶν πολέμων. τῶν ἴππων αἱρεῖσανται, καθάπερ οī Τεξίαρχοι τῶν ὀπλιῶν. οī σὲ Φύλαρχοι, δέκα. εἰς δὲ Φυλῆς ἐκάστης. νομοφύλακες μὲν, ἐ. σ. λ. Et in fine, ὁ πέμπεσσι τῷ θεῷ. Nam pompam hanc Mineruæ intelligit, quæ ή θεὸς simpliciter, & κατ' ἔξοχον, ab Atheniensibus dicebatur, ut notum Græcæ linguae peritis. Instrui autem illic solita, vbi reliquæ. Erat enim ædificium quoddam Athenis, instruendis pompiis proprium, vrbi ingressis à Piræo, prope Cereris. Obseruo apud Pausaniam Atticis. Εἰσελθοῦσιν σὲ εἰς τὰ πόλιν (σκ Πειραιῶς) οἰκεδόμητα εἰς ὁροσκοπίουν εἰς τῶν πομπῶν, οἷς πέμπεσσι ταὶς μὲν αὐταῖς εἰς Θ., ταὶς σὲ καὶ χρόνος Δικλείσπονθ. καὶ τοιησίουν ναὸς εἰς Δήμητραθ. Et accurate attendentι totum illum Pausaniæ locum apparebit, fuisse inter portam Piraicam, ac sacram.

C A P. XXV.

Deinde Homeri quoque carmina à rhapsodis recitata; idq; à quo institutum.

PRÄTER pompam hanc, etiam rhapsodi carmina Homeri recitabant. Lycurgus Orat. in Leocratem. Βέλομεν δὲ ὑμῖν καὶ τὸν Ὀμῆρον ἀρχέδαιη ἐπαινῶν. οὗτοι γάρ τοι ἔλαβον υμῶν οἱ πατέρες τούτων εἴναι τοιτὴν, ὡς νόμον ἔθεντο, καθ' ἐκάστην πεντετρήδα τῶν Παναθηναίων μόνον τῶν ἄλλων ποιητῶν ραψῳδῶν τὰ ἔπη. ὅπιδειξιν ποιεύμενοι τοὺς τὰς Εὐληταῖς, ὃν τῷ καλλιτεχνῶν ἔργων περιφέρειν εἰστοι. Institutum id ab Hipparcho, Pisistrati F. Plato testis in Hipparcho, vbi de eo verba facit. Οὐς ἀλλά πεπολλάτε καλά ἔργα στοφίας ἀπεδείξατο, καὶ τὰ Ὀμήρου περιττώς σκόμισσεν εἰς τὴν γένη Ταυτινή. καὶ ἡνάγκασε τὰς ραψῳδὰς Παναθηναίους ἐξ ὑπολήψεως ἐφεξῆς ἀπὸ διέναι, ὡστερ νῦν ἔνι οἶδε ποιεῖσθαι. Et Aelianus, Var. Hist. lib. viii. cap. ii. Ἱππαρχῷ, ὁ Πειστράτος παῖς, πεισθύται τῷ τῶν Πειστράτων, καὶ στοφώται τῷ Ληταῖον ἔτῃ, καὶ τὰ Ὀμήρου ἔπη ἐκόμισε περιττῷ εἰς τὰς Ληταῖς, καὶ ἡνάγκασε τὰς ραψῳδὰς τῆς Παναθηναίων αὐτὰ τέλειν.

C A P.

C A P . XXVI.

Corona quoque honoris ergo aurea data, publicè in certamine gymnico per præconem pronuntiabantur. Præco etiam Atheniensibus pariter atque Pla-tænensibus benè ut esset precabatur; idq; quando institutum. Captivi quoq; dimitti soliti.

QVIN honore quos insigni affectos vellent, coronam auream his donabant; idque publicè per præconem in gymnico certamine pronuntiabant. Apparet ex Senatusconsulto Atheniensium, in hoc Opere semel à me, iterumq; allegato. Δεδόκηται τῷ δῆμῳ μυῆσαι ἀντὸν τὰ μυστήρια τὰ μεγάλα, καθάπερ Ηὐρυκλέα τὸν Διός. καὶ σεφανῶσαι ἀντὸν σεφάνῳ χρυσῷ, διπλῷ χρυσῶν χιλίων. αἰαχορεῦσαι τε τὸν σεφανὸν Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις, ἐν τῷ ἀγῶνι τῷ γυμνικῷ. Et ex altero, quod exstat in Inscriptionibus Antiquis, pag. CCCCV. ΤΟΤΕ ΠΡΩΤΟΝ ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΟΙΣ ΕΠΟΙΗΣΕΝ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΤΟΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΔΗΛΩΙ ΤΙΜΗΘΗΝΑΙ ΧΡΥΣΩΙ ΣΤΕΦΑΝΩΙ ΑΝΑΓΟΡΕΥΟΜΕΝΩΙ ΕΝ ΤΩΙ ΕΝ ΑΣΤΕΙ ΘΕΑΤΡΩΙ. Estque hâc ipsâ de re insignis locus Demosthenis, Orat. περὶ τὸ σεφάνος. Δεδόχθαι τὴν βραλῆ, καὶ τῷ δῆμῳ, σεφανῶσαι χαερόμον, καὶ διόλιμον, χρυσῷ σεφανίῳ. καὶ αἰαχορεῦσαι Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις, ἐν τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι. Præterea in his, ut in alijs item festis quin-

quennalibus, præco Atheniensis conceptis verbis precabatur, ut Atheniensibus pariter, ac Plataensibus, benè esset; idque à pugnâ Marathoniâ institutum, in quâ illi, in sinistro cornu positi à Miltiade, fortiter fecerant. Hoc accipimus ex Herodoto, lib. vi. τελετῶν δὲ ἐπίστοι, ἔχοντες τὸ θάνατον κέρας, πλατυέσσες. διὰ Τεύτης γάρ σφι τὸ μάχης, θυσίας Αὐθωνίων αἰσχύντων εἰς πανηγύρεας ταῖς ἐν τῇσι πεντηκόσι φρονήσις, κατέχεται ὁ αῆρυνξ ὁ Αὐθωνᾶς, ἀμα τε Αὐθωνίοισι λέγων γινεδεν εἰσαγάγει καὶ πλατυεῦσι. Ad extremum captiuos etiam vinculis soluere tunc permisum. Vlpianus in Demosthenis Timocratéam. καθέ πέντε ἔτη ἥγετο τὰ Παναθήναια. τόπος δὲ ἐξελὼν ἀφεῖδην τὸ δεσμοῦ τὰς δεσμώτες, οὐδὲ τὴν πανήγυρεν.

CAPUT XXVII.

*Qui cætera festa quinquennalia curabant, iēpotiōi appellati, Panathenæa hæc non curabant; quæ etiam à Themistocle exule celebrata.
Deniq; eorum mystica ratio.*

IL lud autem, priùs quam finiam, minimè mihi prætereundum; cùm festa cætera quinquennalia iēpotiōi curarent, sola eos Panathenæa non curasse. Etymologici Auctor in iēpotiōi. Καὶ τὰς πεντηκόσιδας ἀπάχας διομέσι, τῷλιον Παναθηναῖον. Etiam illud admonendum, Themistocli exuli

exuli apud Magnesios celebrata. Athenaeus lib.
xii. Πέστις δὲ ἐν τείτῳ Μαγνησικῶν, πὼν Θεμιστοκλέας
φησὶν ἐν Μαγνησίᾳ τὴν σεφανηφόρον δέχεται λαβόντε,
θύσας Αἴθινᾶ, καὶ τὴν ἑορτὴν Παναθηναῖα ὄνομαζε.
Mythicam verò instituti huius festi rationem
Proclus tradit, in Timaeum Comment. i. Η δὲ
τῶν Παναθηναίων (ἑορτὴ ἔοικε δηλῶν) τὰς δύο τοῦ νοῦ
παθήσεις οὐταξίαν εἰς τὸν κόσμον, καὶ τὰς Διάκρεσιν
τὰς ἀπύγχυτον τῆς κοσμικῶν ἐναντίωσεν. Φιλόσοφος γάρ
ἄμα καὶ Φιλοπόλεμος ἦδε ἡ θεός.

F I N I S.

F 3

O M I S S V M

O M I S S V M.

Pag. 20. in fine capitinis XII. ubi adde. Porrò tremibus apud Sunium quoque certatum. Luscultentus Lysiae locus in hanc rem est, quem citare initio capitinis iam incœpi, ex Ἀπολογίᾳ δωροδοκίας. Παναθηναῖοι τῆς μικροῦ ἐχορήγου πορρίχταις ἀγνοεῖσθαι, καὶ αἰγάλωσι ἐπὶ τὰ μναῖς. νενικημένης τε γεραιοῦ μναῖ αἱμιτλάριδῳ. Τῇ Σεπτέμβριῷ, αὐτολάζας πεντεκοδεκατη μναῖ.

I N D E X

A V C T O R V M,

Qui hic

Citantur, illustrantur, emen-
dantur.

- | | | |
|---|---|------------------------------------|
| A | Lianus, 35. 39. 42.
emend. 35. | Dionysius Halicarnassus,
5. 19. |
| Andocides, 12.
emend. 38. | Epidetus, 6.
Etymologici Auctor, II. 28. | |
| Anonymus in Argumento
Midiane, 7. 23. | 32. 40. 44.
Euripides, 25. 27. | |
| Anonymus in Descriptione
Olympiadum, 12. 15. | Eusebius, 12.
Eustathius, 1. 15. 27. 33. | |
| Apollodorus, 4. 9. | Frontinus, 29. | |
| Apostolius, 4. | Harpocratior, 2. 3. II. 12. | |
| Aristides, 3. 6. 9. 15. 20. | 13. 24. 28. 37. 38. 39. | |
| Aristophanes, 11. 19. 22. 26.
33. 39. | Heliodorus, 30. 36.
Hermippus, 40. | |
| Aristoteles, 8. | Herodotus, 44. | |
| Athenaeus, 5. 10. 12. 17. 22.
31. 45. | Hesychius, 1. 9. 13. 21. 28.
30. 32. 35. 36. 37. 38. 40.
emend. 15. 33. | |
| Charissus, 5. | Hippocrates, 12. 23. | |
| Demosthenes, 23. 38. 43. | Inscriptiones Antiquae, 43. | |
| Diodorus Siculus, 4. | Ioannes Tzetzes, 27. | |
| Diogenes Laërtius, 16. | Iuncus, | |

- Iuncus*, 34.
Libanius, 2.
Lucianus, 18. 21.
Lutatius, 27. 32.
Lycurgus, 42.
Lysias, 16. 19. 23. 46.
Maximus Tyrius, 8. 39.
Moschopulus, 24.
Nicophon, 40.
Pausanias, 2. 3. 9. 14. 41.
Philo, 13.
Philostatus, 13. 16. 17. 20.
 31. 36.
Plato, 10. 11. 24. 31. 39.
 42.
Plautus, 24.
Plinius, 5. 17. 18.
Plutarchus, 3. 10. 13. 14.
 15. 27. 30.
Pollux, 2. 9. 15. 32. 35.
 emend. 41.
Proclus, 7. 8. 26. 45.

Schol. Aesopandi, 2. 7. 10.
 18. 19. 22. 24. 26.
 30. 33. 34. 39.
Schol. Euripidis, 2. 3. 6. 26.
 28.
Schol. Pindari, 18. 20.
Schol. Sophoclis, 18.
Senatusconsultum Atheneum, 12. 23. 43.
Serinus, 24. 26.
Sophocles, 15.
Stephanus, 13.
Stobaeus, 6. 34.
Suidas, 2. 4. 7. 11. 16. 17.
 25. 30.
Theodoreetus, 2. 4.
Thucydides, 6. 29. 30. 34. 39
Virgilius, 24. 26. 31.
Vipianus Rhetor, 44.
Xenophon, 10. 16. 23. 33.
Xiphilinus, 5.
Zenobius, 12,



2581-561

Humanities Research Center
UNIVERSITY OF TEXAS

VanderPoel Campania
Collection

